<sup>3)</sup> La Pièce qui suit est empruntée pour la plus grande partie à un Manuscrit (Portef. L., p. 15



reflire vel conjuncta ferri, respectu nostri qui eodem communi motu deferimur, ac si omnibus adventitius ille motus abesset.

Veluti si quis in navi sedens quæ æquabili motu provehitur, duos æquales globulos ex ebore vel alia materia dura, inter se collidat, eos æquali quoque celeritate repercussum iri, vectoris hujus respectu, ipsarumque partium navis; prorsus eodem modo ac in navi quiescente, aut in terra posito contingeret.

Ac facile hoc ita se habere concedent, qui sciunt in navi quæ æquabili cursu fertur, cætera omnia quæ ad motum spectant eadem ratione evenire, atque in terra consistentibus. Neque ullo motu corporum aut repercussione quæ intra navem accidunt, deprehendi posse utrum ea pergat æqualiter an immota maneat. Uti quoque nihilo magis ex motu corporum cadentium aut projectorum, aut in se impingentium internosci posse, utrum Terra moveatur an quiescat. Nam qui hinc argumenta petierunt ad demonstrandum ejus quietem, eos jam diu Galileus aliique plurimi viri eruditi confutaverunt. Qui igitur Terram quiescere volunt, ijs experimenta ista in navi peracta veritatem adsumi Principij comprobabant. Qui vero Terram moveri statuunt, ut fere nunc omnes Astronomi ac Philosophi, ij dubitare nequeunt, quin perinde omnia eveniant in navi vectis, atque in Terra stantibus, cum sciant non magis hos quam illos quiescere, adeoque omnes motus de quibus hic agemus respectively ad alia corpora accipiendos esse. Quid enim? an inquirere juberent quid fiat in motibus veris veraque quiete. Hoc quidem nemo exegit eorum qui de hisce percussionum legibus egerunt, sed quid nobis contingat in Terra versantibus quæsierunt. quo omnis utilitas hujus investigationis continetur. Sed nec ultra quæri quicquam potest. Nam si quis hoc existimet non sufficere, is ostendat oportet quid sit in mundo quod verè moveatur aut verè quiescat. In quo frustra laborabit, neque unquam exitum inveniet <sup>1)</sup>. Quinimo si diligenter inspiciamus motus naturam, inveniemus verum istum motum veramque quietem, quomodo plerique omnes intelligunt, non solum cognosci non posse, sed neque esse omnino in rerum natura. Quod paradoxon novum atque à veritate alienum permultis visum iri non dubito, quandoquidem omnes qui de motu egerunt, quorum quidem scripta videre mihi contigit <sup>2)</sup>, vel ponunt hoc tanquam certissimum, vel silentio agnoscunt, quædam scilicet corpora verè quiescere, aut verè

et suiv.) où il n'y a presque pas de ratures et dont l'écriture est plus soignée que d'ordinaire. Comme tant d'autres elle devait faire partie d'une préface pour le Traité „De Motu” (voir la note 3 de la p. 215). Elle semble antérieure aux autres Pièces (avec l'exception possible de la Pièce II). Nous la reproduisons en entier.

<sup>1)</sup> Comparez la p. 142 de ce Tome.

<sup>2)</sup> On lit encore en marge pour être incorporé ici dans le texte: „(imo tantum Carresio excepto qui aliquid amplius hic vidit sed quo tamen uti nescivit)”. Consultez les

moveri, prout in spatio mundano locum eundem servant, vel alio permutant; quædam æstimatione tantum aliorum ita se habere quæ ut quiescentia spectentur. Quo majus operæ pretium fore videtur, si communem hunc errorem evellere conemur. Neque tamen ab hac demonstratione, quam prævideo non æque omnibus intelligendam, sequentium Theorematum <sup>3)</sup> veritas pendebit, sed maxime ab eo quod jam sumimus principio; tum ab alijs quibusdam nihilo minus certis quæ postmodo adferemus.

Qui itaque Tellurem hanc immobilem plane imaginantur, dicent corpus illud quod omnibus sui partibus respectu Telluris eundem locum servat, verè quiescere, moveri vero verè, quod vel totum, vel partibus suis, ejusdem respectu locum permutat. Quibus vero Tellus movetur, forsitan dicent stellas, quas fixas vocamus, vera illa quiete frui. Utrique autem, si interrogentur quid sit sic verè quiescere, non aliud quod respondeant habent, nisi hoc contingere cum corpus quodpiam atque omnes partes ejus, eundem locum servant in spatio mundi universi. Sed quoniam spatium hoc infinite extenditur in omnem partem, nullis finibus circumscriptum, nihil medium aut extremum habens; hoc enim apertius est quam ut probatione indigeat; fateantur necesse est, nihil esse unde certus locus illic designari possit; neque etiam esse quo locus à loco differat, ejusdem spatij infiniti respectu. Nam cum ipsum immobile dicunt, quo et partes in ipso immobiles inveniunt, nescio quem conceptum habeant hujus immobilitatis; sed non meminerunt, hoc ipsum adhuc quæri, quid sit esse immobile, adeoque in circulum quem vocant incidunt <sup>4)</sup>. Viderunt puto, absurdum fore, si dicerent spatium mundi infinitum moveri atque ita concluderunt ipsum quiescere. Cum potius cogitare debuissent, neque quietem neque motum spatio isti convenire, sed corporibus tantum; vel improprie ijs spatijs quæ à corpore occupantur, vel includuntur; veluti si spatium amphoræ una cum amphora moveri dicamus, aliorum corporum respectu.

Nulla igitur est <sup>5)</sup> mutatio loci respectu spatij mundani.

Constat igitur nihil obitare quin stellas fixas inter se quiescere dicamus ac

articles XXVII—XXXII de la „Pars secunda” des „Principia Philosophiæ” de Descartes de 1644 (voir les p. 55—58 du T. VIII (1905) de l'édition des „Œuvres de Descartes” d'Adam et Tannery).

<sup>3)</sup> Il s'agit sans doute des Théorèmes du Traité „De Motu” (voir les p. 29—91). La Pièce constitue donc le début ou devait du moins faire partie d'une préface pour ce Traité, augmenté probablement de celui sur la force centrifuge qui suit dans ce même Tome.

<sup>4)</sup> Comparez J. M. C. Duhamel, „Des méthodes dans les sciences de raisonnement, Quatrième partie, Application des méthodes générales à la science des forces”, Paris, Gauthier-Villars, 1870, p. XVIII: „... peut-on attacher un sens au repos ou au mouvement *absolu*? Ceux qui en parlent supposent un espace sans bornes, dont tous les points ont une réalité, en quelque sorte *personnelle*, et auxquels ils attribuent, sans s'apercevoir du cercle vicieux, une immobilité absolue”.

<sup>5)</sup> On trouve ici dans le Manuscrit: &c. et un signe de renvoi qu'on retrouve sur une autre



respectu mutuo, non autem aliam insuper quietem illis tribui posse quæ vera dicenda sit. Eademque ratio est in alijs corporibus quibuslibet, ut nimirum quiescere dici nequeant nisi unius vel plurium respectu quibuscum eundem positum eandemque servant distantiam. *nec moveri nisi aliorum item respectu quibuscum ista eadem commutant* <sup>1)</sup>).

Quæ autem contra hæc adferri possint nonnulla <sup>2)</sup>) mihi in mentem venerunt, quarum præcipua hic exponere placet. Quid si ponamus <sup>3)</sup>), dicit aliquis, unicum tantum corpus in toto mundi spatio existere, hoc igitur moveri non poterit, quia nihil est ad quod ejus motus referatur? quo quid absurdius? Respondeo. neque quiescere illud posse, quia utrumque hoc quiescere et moveri respectu tantum intelligi potest. In spatio autem infinito, si nullum præterea corpus extet, nihil est quod habeatur respectus. Si enim quæram qua in re consistat aut motus aut quies unici hujus corporis, non habent quod respondeant, nisi in hoc quod vel servabit vel mutabit locum suum in spatio mundi cum totum, tum partibus suis omnibus. Atqui si nihil est illius spatij respectu quo locus a loco differat, ut jam ante diximus, non erit utique nec loci mutatio <sup>4)</sup>); ac rursus si non est illie unde locus idem esse dicatur, nec ullum *Ibi*, non erit requies in eodem loco; sed totum illud quiescere aut moveri nequaquam pertinebit ad corpus illud unicum <sup>5)</sup>). Instabunt vero rursus, quid si mecum pila A in mundo existat, ac præterea nihil, atque ego eam a me repellam, numquid durabit impressio in pila A, qua feliciter fiet ut con-

feuille après les mêmes mots „Nulla igitur est”. C'est à cette feuille que nous empruntons le reste de la phrase.

<sup>1)</sup> Ici Huygens annota en marge, à propos de la phrase en italiques soulignée par lui: „non benè”.

<sup>2)</sup> Leçon alternative: „non pauca”.

<sup>3)</sup> Leçon alternative: „singamus”.

<sup>4)</sup> On lit ici en marge: „sed erit partium inter se diversa directio, unde motus circularis”. Plus loin dans cette même Pièce Huygens reviendra sur cette remarque.

<sup>5)</sup> On rencontre ici un signe de renvoi qu'on retrouve sur une petite feuille (Portef. L. p. 16) attachée, probablement par Huygens lui-même, à celle dont nous empruntons le texte. Voici le contenu de cette petite feuille: „Ils diront que quoyqu'il n'y ait rien dans l'espace infini et vuide par ou designer la diversité des lieux, il est pourtant certain que supposant les corps A et B distans de 3 p[ieds?] le lieu du corps A est différent du lieu du corps B. Et qu'ainsi le corps A estant poussé vers le lieu ou est maintenant B, se mouvra. Je repons vous concevez les corps A et B et leur lieux comme immobiles devant le mouvement de A; non pas seulement entre eux mais aussi à l'égard de l'univers. Car si vous pouvez consentir qu'ils soient en mouvement, il se pourra que le corps A estant poussé et allant vers le lieu qu'occupe B, soit en repos, scavoir si A et B se mouvoient en

cinue æqualiter a me recedat? Quod si jam ego qui impulsi in nihilum redigar, an non durabit etiam postea impressio in pila A facta? Si autem durat, ergo jam movebitur absque mei respectu aut alterius rei cujusquam, aut certe aliquid habebit pila A, quod non habebat antequam mea opera impelleretur. Respondeo impulsu pilæ A effectum esse ut existat motus inter te atque illum, sive ut respectu mutuo moveamini, non enim tunc tu magis quiescere dici poteris quam ipsa pila A; neque enim ante impulsum uterque quiescere dici poteris nisi inter vos. Sicut igitur redacta ad nihilum pila A, non potest dici te moveri, per ante dicta sic neque te sublato dici potest moveri pila A. nec erit aliquid in illa quod non erat antequam impelleretur. In hoc enim errari solet, quod qualitatem aut vim impressam, aut impetum in corporibus existere postquam impulsa fuerint, imaginamur, quorum virtute moveantur; adeo ut sint qui existiment violentia quadam affici corpora celerrimè <sup>6)</sup>) mota eoque fieri posse ut glandes plumbeæ in medio cursu liquefiant, quod profecto si fiat non propter motus velocitatem contingeret, sed propter aëris accursum atque attritum. Ex motu enim quamlibet intenso corpora nihil accipiunt neque patiuntur præter hoc ipsum quod aliorum respectu distantiam aut positum immutent <sup>7)</sup>).

Hoc porro semper ita ex æquo utrisque convenit, ut nunquam magis A moveatur respectu B, quam B respectu A. Unde etiam hoc consequitur, ut si corpora A, B, mutuo respectu quiescant, solaque tecum in mundo existere ponantur, sitque A millecuplo majus quam B, tamen sive tu A ita impuleris ut certa celeritate à B discedat, sive B impuleris ut eadem illa celeritate discedat ab A; idem proforsus (omisso tui respectu) effeceris; etsi hoc posterius multo minori labore consiterit quam prius istud. Pleraque hæc mira videbuntur, ac forsitan absurda atque aliena ijs qui noviter in ea incident. At serio diligenterque perpenderit vera

commencement avec autant de vitesse vers le costé contraire. Mais vous dites qu'A se meut en allant vers B. Vous concevez donc une immobilité à l'égard de l'espace mondain infini, ce qui est retourner à la fausse idée de cy devant.

Quelqu'un dira encore, nous ne pouvons pas peut estre scavoir en quoy consiste le mouvement, mais scavons seulement qu'un corps qui a receu de l'impulsion se meut. Je repons, cum ideam motus non aliunde habeamus quam ex mutatione positus corporis alicujus, vel partium ejus (ut in motu circulari) ad alia corpora, nullum proinde motum imaginari possumus, quin etiam positus mutationem contingere concipiamus, quia non potest motus intelligi cui non conveniat idea. Et jam vidimus non sequi ut corpus quod impulsus est moveatur”.

<sup>6)</sup> Leçon alternative: „pernicissimè”.

<sup>7)</sup> Comparez la note 1 de la p. 228.



esse apparebit. Neque enim quicquam opponi potest quod non ex jam dictis facile explicetur. Sed jam ulterius obscuram hanc motus naturam peruestigare pergamus.

Binis corporibus inter se motis distantiamque mutantibus, non potest ex solo motu ipsorum cognosci utrum e duobus impulsus fuerint <sup>1)</sup>, an utraque. Neque item si 3 aut plura fuerint quæ sic moventur. Ex solo inquam ipsorum motu, nam si ex. gr. cymbam in lacu progredi cernam non dubitabo utique cymbam aut hominis aut venti vi <sup>2)</sup> impulsam fuisse non autem Terræ totius motione id effectum.

Itaque quodlibet corpus ut immotum spectari potest, ad quod cæterorum motus ac celeritates referantur, ac propterea cum in sequentibus dicemus hac illave celeritate corpora quædam ferri, hoc ita se habere respectu certorum quæ ut quiescentia considerantur intelligendum erit. Quoniam verò nullam quietem corporum esse ostendimus nisi inter se ac mutuo respectu, videndum jam est quam corpora inter se quiescant. Certe non alijs hoc convenit nisi quæ distantiam eandem positumque servant mutuo respectu. Sed non ideo quæcunque distantiam eandem positumque mutuo respectu servant, inter se quiescunt.

Quod mirum <sup>3)</sup> rursus videbitur, sed ad explicandam motus circularis naturam ita contemplatione necessario statuendum est ut mox patebit.

Sciendum itaque quiescere inter se corpora, quæ cum nullo vinculo aut obice continentur quo minus singula liberè a se mutuo recedant, tamen sitam distantiamque inter se eandem servant. Ut si globuli perfectæ rotunditate in plana mensæ superficie dispositi, nusquam discedant, eos inter se quiescere ac mensæ illius respectu dicemus; atque ipsius quoque mensæ partes tunc inter se quiescere.

Quod si vero ita inter se quiescentium respectu, corpus aliud liberè et sine obstaculo ullo moveatur, id lineam rectam eorum respectu percurrat, progressuque æquabili feretur. Atque hoc Principij loco habendum est, quod cum experientia manifesto comprobatur a plurimis ante nos sumtum fuit quanquam hac ratione nititur, quod æque rationi consentaneum sit corpora mutuo respectu mota, si nullum occurrat impedimentum, moveri pergere neque in ullam partem declinare, quam inter se quiescentia si nil aliud accidat perseverare in quiete.

Ex hoc vero motu ad corpora inter se quiescentia relato, intelligi ac definiiri

<sup>1)</sup> Lisez: „fuerit”.

<sup>2)</sup> Leçon alternative: „opera”.

<sup>3)</sup> Les mots „Quod mirum” se trouvent hors du texte tout en bas de la feuille (Portef. L., p. 17 verso) à laquelle nous avons emprunté ce qui précède; ils sont répétés sur la feuille (Portef. L., p. 19) dont nous reproduisons le contenu à partir d'ici.

demum potest quid sit in linea recta liberè et æquabiliter moveri adeo ut nec curvus rectus et æquabilis navigij, supra adductus explicando priore Assumpto nostro, alia ratione talis censerique queat, quam partium terræ inter se quiescentium respectu.

Quoniam vero positis corporibus inter se quiescentibus, plura alia ipsorum respectu secundum diversas lineas rectas moveri possunt, hæ lineæ tunc diversæ motuum directiones dicentur <sup>4)</sup> ac tali duorum corporum motu, etsi singula æquabiliter feruntur sit tamen semper ut inæqualiter ad se mutuo illa accedant vel

à se recedant. Ut si corporum A [Fig. 2.] et B inter se quiescentium respectu moveantur liberè et æque celeriter C quidem secundum directionem rectæ CD; E vero secundum directionem contrariam rectæ EF, ipsi CD parallelæ. Intelligatur autem recta GH utrique directioni perpendicularis, quæque distantiam CE mediam fecerit in puncto M; et dividantur bifariam CG in K, EH in L. Jam si, una parte temporis, corpus C pervenerit in K, simulque E in L, altera vero temporis parte similiter corpus C peregerit spat. KG, simulque E spatium LH, utriusque æqualis est motus, sed mutatio distantie inter utrumque æqualibus temporibus inæqualis accidit quoniam majore excessu superat CE rectam KL, quam hæc rectam GH, ut quisvis facile demonstrabit. Atque ita

quo propius ad lineam GH accedunt corpora C, E, ed lentius inter se appropinquant, deinde vero cum ab ea recedunt crescit continuè ipsorum mutuo respectu celeritas. Et facile apparet celeritates eorum in lineis directionis suæ, quantumlibet majores esse posse celeritate qua ad se invicem accedunt vel qua sejunguntur, prout nempe propiora lineæ GH intelliguntur <sup>5)</sup>.

Imo directiones porro motuum celeritatesque corporum respectu mutuo certo cognosci possunt præsentibus ijs corporibus quæ inter se quiescunt, quoniam utraque respectu horum definiuntur. His vero sublati, etsi illa haud aliter quam

<sup>4)</sup> Ici se trouve un signe de renvoi, qu'on retrouve sur une petite feuille (Portef. L., p. 18) attachée, probablement par Huygens lui-même, à la plus grande à laquelle nous avons emprunté le texte qui précède. C'est à cette petite feuille que nous empruntons ce qui suit jusqu'à la fin de l'alinéa.

<sup>5)</sup> On lit encore au revers du petit papier: „Potest vero directio motus etiam corporis aut puncti alicujus respectu considerari quod ut quiescens spectatur”.



prius moveri inter se pergant, difficilius est dicere quæ sint eorum directiones, quæve in ijs celeritates æquabiles quæ utræque etiam diversimodè explicari possunt quod nunc pluribus non persequemur <sup>1)</sup>).

Sed in corporibus colligatis ac circulariter motis, aut in partibus unius cuiuspiam corporis, circa centrum converſi, cognoscitur motus circularis vel relatu ad corpora quædam inter se quiescentia, vel absque his etiam ex Vi Centrifuga. Velut si bina corpora filo eidem utrimque alligata sint, ac circulariter moveantur cognoscetur id ex tensione filii. ac similiter si rota quæpiam in orbem vertatur, patebit hoc e ponderibus in circumferentia suspensis si ea ab axe refugere cernentur et obliquis filiis circumferri <sup>2)</sup> unde constabit non te spectatorem circa rotam immobilem circumduci, sed illam in sese versari. At numerum quidem ac celeritatem circulationis intuitu corporum aliorum inter se quiescentium definire licet. Sine ijs vero quod major est vis centrifuga eò quidem celeriores circuitus esse colligemus, sed et quanta sit celeritas et qui numerus conversionum ex Theorematis nostris de vi centrifuga <sup>3)</sup> dicere licebit.

II <sup>4)</sup>.

[?]

Sicut in Mechanicis operationibus aliquid impedimenti adfert materiæ imperfectio quod non satis levia aut dura sint instrumenta, in demonstrationibus autem

<sup>1)</sup> Si l'on donne p. e. au système des corps C et E [Fig. 2 de la p. 219] outre le mouvement qu'ils possèdent un mouvement de translation oblique uniforme, les vitesses résultantes des deux corps ne seront plus dirigées suivant des droites parallèles.

Ailleurs (Portef. L, p. 32) Huygens écrit: „après l'explication du mouvement circulaire, revenir aux diverses directions des corps entre eux et leur éloignement inégal, quand même ils ne seroient que deux au monde”.

<sup>2)</sup> Il y a ici un signe de renvoi qu'on retrouve en marge pour y indiquer les mots par lesquels la phrase est complétée.

<sup>3)</sup> Ces Théorèmes furent publiés sans démonstration p. 159—161 de l'„Horologium oscillatorium” de 1673. Plus loin dans ce Tome on trouve le Traité posthume „De Vi Centrifuga”, et les Théorèmes en question (p. 255).

ut perfecta considerantur. Ita hic faciendum quoque, ut et durissima corpora fingamus et in eo loco librata ubi nihil motui eorum obſistere possit.

Quiescere unumquodque dicitur respectu eorum à quibus eandem servat distantiam, similiter moveri respectu eorum quibuscum distantiam commutat.

Primus liber aut pars de æqualibus globis. Et de infinita percussione potentia. Et quod æqualis in collisione digrediendi celeritas et appropinquandi. ad singula unum axioma.

Æque multum motus remanere debere nostrum esse principium possit ad reliqua sed ita intellectum ut æque multum remaneat motus in eandem partem <sup>5)</sup>. Facile ostenditur secundum Cartesium non explicari posse.

Vacuum sine extenso corpore vacans facile cogitari potest. Ponemus tamen materiam sed quæ nec juvet nec impediatur motum. Hoc etiam nostro aeri convenientius. Aerem parum tantum gravissimis corporibus metallorum resistere exemplis cadentium fit manifestum. Sed jam nihil officere supponemus. Parte secunda de gravitate, quod unumquodque eo difficilius movetur eoque constantius motum servat quo gravior est. Quod nullius nulla sit extenso capioſe dictum videtur <sup>6)</sup>. Mihi videtur alia esse notio loci continentis quam corporis in eo contenti. Quid tamen cum omnes qualitates à corpore auferemus cogitatione? quid remanet præter extensum?

Videtur corpus secundum Cartesium non differre à vacuo philosophorum. Sane si nihil præter extensionem ei tribuit, non video quomodo alia corpora illiſta repellet. Nam quod dimensionum nullam penetrationem dari ait, ut vulgo dicitur, id frivolum est. Non erit item quo figuræ ab invicem discretæ sint. Aut si motu suo satis separatas existimat, saltem non habebunt quo figuras suas conservent nisi duriciem tribuamus. Videtur autem et ipse Cartesius duriciem ijs tribuisse (licet non dicat) eo ipſo quod figuras proprias servare singulas particulas et alias pellere statuat. Sed male eam non insuperabilem ponit, cum comminus et deteri et sphaericas reddi scribat <sup>7)</sup>. Ponamus ergo duriciem insuperabilem: aliquas videlicet

<sup>4)</sup> La Pièce est empruntée à la première et à la deuxième page d'une feuille détachée (Portef. L, p. 33).

<sup>5)</sup> Huygens a donc songé un moment à mettre en avant le principe de la conservation de la quantité de mouvement dans une direction donnée.

<sup>6)</sup> Comparez la note 7 de la p. 159.

<sup>7)</sup> Descartes „Les Principes de la Philosophie”, III § 48 (T. IX des Œuvres publ. par Adam et Tannery, p. 126): „Comment toutes les parties du Ciel sont devenues rondes”.



materiae partes <sup>1)</sup>) ejusmodi figuras obtinere quas nullo modo amittere queant, reliquam vero materiam <sup>2)</sup>) inter illas diffusam quæ nihil earum motui obistere possit, cum tantum hoc habeat ut extensa sit <sup>3)</sup>).

III <sup>4)</sup>.[1688] <sup>5)</sup>

Omnis motus et quies corporum relativi sunt. Nec sine respectu mutuo corporum dici aut intelligi potest aliquid moveri aut quiescere.

nam ij errant qui spatia quædam immota ac fixa in mundo infinite extenso imaginantur cum ista immobilitas non nisi respectu rei quiescentis concipi possit <sup>6)</sup>).

Sed partes corporis mutuo respectu moveri possunt qui motus vertiginis dicatur, manente earum distantia propter vinculum vel obicem. Propter vinculum ut in turbine vel in composito ex duobus corporibus fune connexis. Propter obicem ut in aqua in vase rotundo circumacta.

In hoc motu partes recedere conantur a se mutuo vel a puncto ipsarum respectu definito, idque eo majore vi quo major est motus ipsarum relativus, unde et de qualitate motus hujus respectivi judicium fieri potest, cum ex distantia mutatione non possit.

Corpora quæ mutuo respectu moventur ea vere moventur <sup>7)</sup>.

Inter duo corpora motus producitur alterutrum impellendo. Idemque motus produci potest utrumvis è duobus impellatur. licet minori vi opus fit si quod e duobus minus est impellatur.

Corpus quodlibet celeritatem respectu aliorum, quæ ut quiescentia spectantur,

<sup>1)</sup> Les corps visibles et tangibles, p. e. des globes qui entrent en collision.

<sup>2)</sup> P. e. l'air.

<sup>3)</sup> C. a. d. dont la „moles” est négligeable; comparez le début de cette Pièce.

<sup>4)</sup> Cette Partie est empruntée à la p. 326 du Manuscrit F.

<sup>5)</sup> La p. 320 du Manuscrit porte la date du 27 mars 1688 et la p. 331 celle du 8 nov. 1688.

<sup>6)</sup> Huygens fait sans doute allusion au Scholium bien connu de Newton; voir la note 8 de la p. 193 de ce Tome. La première édition des „Principia” de Newton est de 1687.

<sup>7)</sup> Comparez l'Avvertissement, p. 195, note 6.

acceptam continuat æquabiliter, et secundum rectam lineam eorundem illorum corporum respectu <sup>8)</sup>).


quietis non nisi relatione corporum <sup>9)</sup>) ideam habemus.

IV <sup>10)</sup>.[?] <sup>11)</sup>

Il faut donc sçavoir que l'on connoit que des corps sont en repos entre eux, lorsqu'estant libres a se mouvoir sepagement et point liez ni derenus ensemble, ils gardent leur position entre eux. Comme si plusieurs boules sont posees sur une table bien unie et qu'elles demeurent chacune sans mouvement dans leur place sur la table, alors elles sont en repos entre elles et a l'egard de cette table. J'ay dit qu'elles doivent estre libres a se mouvoir sepagement parce qu'elles pourroient garder de mesme leur place estant liees ensemble ou attachees a la table et estre pourtant en mouvement entre elles ce qui peut paraître estrappe; mais c'est en quoy consiste la nature du mouvement circulaire, le quel existe lors que deux ou plusieurs corps, ou bien les parties differentes d'un mesme corps sont poussees

a se mouvoir par des directions differentes, et que leur éloignement est empesché par le lien qui les unit ensemble de forte que c'est le mouvement respectif entre ces corps ou entre les parties d'un seul, avec changement continuel de direction <sup>12)</sup>), mais avec perseveration de distance à cause du lien.

Comme quand deux boules A et B tenant ensemble par le fil AB, et estant entre elles en repos; (ce qui se juge suivant ce qui a esté dit, par leur repos avec d'autres corps qui sont libres au mouvement et qui gardent pourtant leur



<sup>8)</sup> Comparez les deux derniers alinéas de la p. 218.

<sup>9)</sup> Leçon alternative, au lieu de ces deux derniers mots: „relativam”.

<sup>10)</sup> Le fragment que nous reproduisons ici est emprunté à la troisième et à la quatrième page d'une feuille détachée de quatre pages (Portef. L., p. 32).

<sup>11)</sup> Le „traité” de Newton est mentionné dans cette partie (voir p. 225 note 4), dans une note marginale.

<sup>12)</sup> En marge: „qui cognoscatur, nempe ex tensione fili. vel projectione impostorum”.



position et distance). Si A est poussé vers C et B vers D, étant les lignes AC, BD perpend. à AB et dans un même plan et les impulsions égales, alors ces corps se mouvront dans une circumf. de cercle au diamètre AB, s'entend à l'égard des corps parmi lesquels A et B reposaient auparavant. Ainsi A et B auront du mouvement entre eux, c'est à dire au respect l'un de l'autre, sans pourtant que leur position ou distance entre eux change <sup>3)</sup>.

Sans qu'on puisse dire combien l'un et l'autre ont de ce mouvement qu'on appelle vulgè véritable, ni sans qu'ils aient ce mouvement véritable du tout, comme n'étant qu'une chimère, et fondé sur une fausse idée.

Il en est de même d'un seul corps par ex. d'une roue ou globe; si non que dans les parties d'un tel corps il y a des directions différentes de toutes manières, et non pas seulement par des lignes parallèles comme icy. Or ce mouvement circulaire se connoît ou par rapport aux corps qui sont auprès en repos entre eux et libres; ou par la vertu centrifuge qui cause la tension du fil qui lie 2 corps ensemble et ainsi leur mouvement circulaire se connoît quand même ces autres corps n'y feroient point. Ou bien quand il n'y a qu'un corps qui circule, elle cause la projection de quelques corps qu'on pourroit y placer dessus, comme si c'étoit une table tournante, des boules qu'on mettroit dessus hors qu'au centre, s'en fuiraient aussi tost et la quitteroient. Et dans de l'eau tournant dans un vase circulaire elle cause l'élevation de l'eau vers les bords.

On connoît par là que les fixes reposent entre elles et n'ont point reçu d'impulsion pour aller en rond, parce qu'elles s'écarteroient à moins que d'être fichées dans une sphère solide comme autrefois quelques uns ont cru. Par conséquent la Terre l'a reçue. Ce qu'on connoît d'un autre manière par les horloges c'est à dire qu'elle rejette plus fort vers l'Équin <sup>4)</sup>.

Or dans la circulation de 2 corps liés par le fil AB on connoît qu'ils ont reçu

<sup>3)</sup> En marge: „mouvement circulaire est changement de direction sans changer de distance. le mouvement des corps tournants circulairement consiste en changement continu de direction”.

Cette définition paraît être générale et applicable aussi dans le cas considéré dans le troisième alinéa de la page 224, où le corps tournant existe seul dans l'espace. Attendu que dans ce cas le „mouvement circulaire se connoît” par „la tension du fil”, il s'ensuit que suivant Huygens (qui cependant déclare dans cette même Pièce que le „mouvement véritable” est „une chimère”) les „changements de direction” ont dans l'espace vide un caractère absolu. Par le mot „direction” il faut entendre la direction d'un *mouvement*, conformément à la définition de d'Alembert dans l'„Encyclopédie méthodique” I, 1784, p. 536: „Direction (Méch.) est en général la ligne droite suivant laquelle un corps se meut ou est censé se mouvoir”.

<sup>4)</sup> L'équinoctial ou équateur.

impulsion qui a produit leur mouvement ou direction respective entre eux; mais on ne peut pas connoître à les considérer seuls s'ils ont été poussés également, ou si l'un seulement. Car si on avoit poussé le seul A, le mouvement circulaire et la tension du fil se feroient ensuivre de même, quoique le cercle auroit eu alors un mouvement progressif à l'égard des autres corps en repos.

que j'ay donc montré comme dans le mouvement circulaire aussi bien qu'au mouvement libre et droit il n'y a rien que de relatif. de sorte que c'est tout ce qu'il y a à connoître au mouvement, et aussi tout ce qu'on a besoin de connoître <sup>5)</sup>. mais comme j'ay déjà dit ceux qui feroient scrupule de consentir à ce raisonnement, n'ont que faire de s'embarasser l'esprit, et doivent seulement tenir ce qui a été posé touchant le mouvement dans le vaisseau, savoir que les repercussions des corps s'y font tout de même qu'à ceux qui sont à terre. hoc enim exemplum ut captu facilimum in demonstrationibus quæ sequuntur frequenter adhibebimus <sup>6)</sup>.

Ils diront, nous ne pouvons pas savoir peut être en quoy consiste le mouvement, mais savons seulement qu'un corps qui a reçu de l'impulsion se meut. Respondeo cum Ideam motus non aliunde habeamus quam ex mutatione positus corporis alicujus vel partium ejus (ut in motu circulari) ad alia corpora, nullum idecirco motum imaginari possumus quin istam positus mutationem contingere concipiamus, quoniam non potest motus concipi cui non conveniat idea motus.

<sup>5)</sup> On trouve la même opinion dans l'ouvrage de Duhamel, cité dans la note 4 de la p. 215. Il écrit (p. 291): „Lorsque nous avons reconnu la présence d'une force accompagnant le déplacement d'un point, ce déplacement était relatif; lorsque nous avons démontré, par exemple, qu'un point qui décrivait un cercle d'un mouvement uniforme était sollicité par une force constante dirigée vers le centre, il s'agissait d'un cercle relatif et d'un mouvement relatif. La force centrifuge qui en résultait si le cercle était matériel, pressait ce cercle, lié au système, par suite du mouvement relatif qui était le seul auquel les équations s'appliquaient. Cette conséquence reconnue expérimentalement, et autres semblables, ne pourraient donc être invoquées pour prouver l'existence d'un prétendu mouvement absolu, dont on ne peut même donner une définition.”

<sup>6)</sup> En marge: Mr. Newton dit qu'il a écrit tout son traité pour connoître le vrai mouvement.

Le scholium bien connu de Newton (voir la note 8 de la p. 193 de ce Tome) se termine par les mots: „Motus autem veros ex eorum causis, effectibus, & apparentibus differentiis colligere, & contra ex motibus seu veris seu apparentibus eorum causis & effectibus, docebitur fuis in sequentibus. Hunc enim in finem Tractatum sequentem composui”.